Apud Romanos quoque honos mature huic arti contigit, siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissimae gentis, princepsque eius cognominis ipse aedem Salutis pinxit anno urbis conditae CCCCL.; quae pictura duravit ad nostram memoriam aede ea Claudii principatu exusta. proxime celebrata est in foro boario aede Herculis Pacuvii poetae pictura. Ennii sorore genitus hic fuit clarioremque artem eam Romae fecit gloria scaenae. postea non est spectata honestis manibus, nisi forte quis Turpilius equitem Romanum e Venetia nostrae aetatis velit referre, pulchris eius operibus hodieque Veronae exstantibus. laeva is manu pinxit, quod de nullo ante memoratur. parvis gloriabatur tabellis extinctus nuper in longa senecta Titedius Labeo praetorius, etiam proconsulatu provinciae Narbonensis functus; sed ea re inrisa etiam contumeliae erat. fuit et principum virorum VII 19 20 21



Angesicht zu Angesicht nackt vom gleichen Künstler gemalt sind, beide von ausgezeichneter Schönheit, die eine aber als Jungfrau; diese Gemälde haben nicht einmal durch den Einsturz des Tempels gelitten. Kaiser Gaius, von Wollust entbrannt, wollte sie abnehmen lassen, wenn es die Beschaffenheit der Wandbekleidung erlaubt hätte. Auch zu Caere haben sich Bilder erhalten, die ebenfalls ziemlich alt sind, und jeder, der sie als Kenner einschätzt, wird zugeben müssen, daß keine andere Kunst schneller zur Vollendung gebracht wurde, da diese offenbar zur Zeit Trojas noch nicht bestanden hat.

Auch bei den Römern gelangte diese Kunst schon früh zu Ehren, wie denn die Fabier, eine der berühmtesten Familien, ihre Beinamen *Pictor* (Maler) davon bekommen haben, und der erste von ihnen, der diesen Beinamen trug, den Tempel der Salus im Jahre 450 der Stadt [304 v. Chr.] selbst ausmalte; diese Malerei erhielt sich bis zu unserer Zeit, als dieser Tempel unter der Regierung des Claudius abbrannte. Fast den gleichen Rang nimmt das Gemälde des Dichters Pacuvius im Tempel des Herkules auf dem Rindermarkt ein. Er war der Sohn der Schwester des Ennius und machte zu Rom diese Kunst durch seinen Erfolg auf der Bühne noch angesehen. Nach dieser Zeit hat man diese Kunst nicht in den Händen ehrbarer Leute gesehen, es sei denn, man wollte den römischen Ritter Turpilius aus Venetien zu unserer Zeit nennen, von dem heute noch herrliche Werke zu Verona erhalten sind. Er malte mit der linken Hand, was von keinem vorher erwähnt wird. Mit kleinen Bildern fand er soeben in hohem Alter verstorbene Titedius Labeo Anerkennung, der Praetor gewesen war und auch den Prokonsulat der Narbonensischen Provinz bekleidet hatte; er wurde aber darüber ausgelacht und verspottet.

non omittendum de pictura celebre consilium: cum Q. Pedius, nepos Q. Pedii consularis triumphalisque et a Caesare dictatore coheredis Augusto dati, natura mutus esset. in eo Messala orator, ex cuius familia pueri avia fuerat, picturam docendum censuit, idque etiam divus Augustus conprobavit; puer magni profectus in ea arte obiit. dignatio autem praecipua Romae increvit, ut existimo, a M'. Valerio Maximo Messala, qui princeps tabulam pictam proelii, quo Carthaginenses et Hieronem in Sicilia vicerat, proposuit in latere curiae Hostiliae anno ab urbe condita CCCCXC. fecit hoc idem et L. Scipio tabulamque victoriae suae Asiaticae in Capitolio posuit, idque aegre tulisse fratrem Africanum tradunt, haud inmerito, quando filius eius illo proelio captus fuerat. non dissimilem offensio-  
nem et Aemiliani subiit L. Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem inruperat, situm eius oppugnationesque depictas proponendo in foro et ipse adsistens populo spectanti singula enarrando, qua comitate proximis comitiis consultatum adeptus est. habuit et scaena ludis Claudii Pulchri magnam admirationem picturae, cum ad regularum similitudinem corvi decepti imagine advolarent.

Tabulis autem externis auctoritatem Romae publice fecit primus omnium L. Mummius, cui

VIII

24

Im Hinblick auf die Malerei soll auch ein berühmtes Gutachten <eines Ausschusses> der angesehensten Männer nicht übergangen werden: Q. Pedius, der Enkel des ehemaligen Konsuls und Triumphators Q. Pedius und vom Diktator Caesar zum Miterben mit Augustus eingesetzt, war von Natur aus stumm. Dabei nun schlug der Redner Messala, aus dessen Familie die Großmutter des Knaben stammte, vor, man solle ihn in der Malerei unterrichten lassen, was auch der Divus Augustus billigte; dann starb der Knabe, nachdem er in dieser Kunst wesentlich fortgeschritten war. Ihre Würdigung aber wuchs, wie ich glaube, zu Rom vornehmlich seit M'. Valerius Maximus Messala als erster ein Gemälde der Schlacht, in der er die Karthager und Hieron in Sizilien besiegt hatte, im 490. Jahre der Stadt [264 v. Chr.] an der Seite der *Curia Hostilia* ausgestellt hatte. Das gleiche tat auch L. Scipio, und er stellte ein Gemälde seines asiatischen Sieges auf dem Kapitol aus, was aber seinen Bruder Africanus gekränkt haben soll, nicht ohne Grund, weil sein Sohn in dieser Schlacht in Gefangenschaft geraten war. Eine ähnliche Beleidigung gegen Aemilianus beging auch L. Hostilius Mancinus, der als erster in Karthago eingedrungen war, indem er den Stadtplan und die Belagerungswerke als Gemälde auf dem Forum ausstellte und dem gaffenden Volke alle Einzelheiten, selbst vor ihm stehend, erzählte, eine Leutseligkeit, durch die er bei den nächsten Wahlen die Würde eines Konsuls erlangte. Auch die Bühne für die Spiele des Claudius Pulcher erregte große Bewunderung im Hinblick auf die Malerei, als Raben an die täuschend ähnlich gemalten Dachziegel heranflogen.

Auswärtigen Gemälden aber brachte in Rom öffentliches Ansehen zuerst von allen L. Mummius, dem sein

cognomen Achaici victoria dedit. namque cum in praeda vendenda rex Attalus X |VI| emisset tabulam Aristidis, Liberum patrem, pretium miratus suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret, revocavit tabulam, Attalo multum querente; et in Cereris delubro posuit, quam primam arbitror picturam externam Romae publicatam. deinde video et in foro positas volgo. hinc enim ille Crassi oratoris lepos agentis sub Veteribus: cum testis conpellatus instaret: >dic ergo, Crasse, qualem me noris?< >talem<, inquit, ostendens in tabula inficetissime Gallum exserentem linguam. in foro fuit et illa pastoris senis cum baculo, de qua Teutonorum legatus respondit interrogatus, quantine eum aestimaret, donari sibi nolle talem vivum verumque. sed praecipuam auctoritatem publice tabulis fecit Caesar dictator Aiace et Media ante Veneris Genetricis aedem dicatis; post eum M. Agrippa, vir rusticitati propior quam deliciis. exstat certe eius oratio magna et maximo civium digna de tabulis omnibus signisque publicandis, quod fieri satius fuisset quam in villarum exilia pelli. verum eadem illa torvitas tabulas duas Aiace et Veneris mercata est a Cyzicenis HS |XII|; in thermarum quoque calidissima parte marmoribus incluserat parvas tabellas paulo

25

IX

26

Sieg den Beinamen Achaicus verschaffte. Als nämlich beim Verkauf der Beute König Attalos ein Bild des Aristides, einen Dionysos, für 600 000 Denare kaufte, wunderte sich Mummius über den Preis und forderte es, argwöhnend, daß es einen ihm unbekanntem Vorzug habe, wieder zurück, obgleich sich Attalos sehr darüber beklagte; er stellte es im Tempel der Ceres aus, und es war, wie ich glaube, das erste zu Rom öffentlich ausstellte ausländische Gemälde. Später waren, wie ich sehe, solche auch auf dem Forum allgemein ausgestellt. Denn daher kommt auch jene witzige Antwort des Redners Crassus, als er unter den Alten Läden einen Rechtshandel führte. Als ein zur Rede gestellter Zeuge in bestürmte: ›Sag' doch, Crassus, wofür hältst du mich?‹ sagte er: ›Für einen solchen‹, wobei er auf einen sehr plump auf einem Bild dargestellten Gallier, der die Zunge herausstreckte, deutete. Auf dem Forum befand sich auch jenes Bild eines alten Hirten mit einem Stab, von dem ein Gesandter der Teutonen, befragt, wie hoch er ihn schätze, aussagte, er wolle einen solchen Menschen nicht einmal lebend als Geschenk erhalten. Ein besonderes Ansehen aber verschaffte den Gemälden in der Öffentlichkeit der Diktator Caesar, indem er einen Aias und eine Medeia vor dem Tempel der Venus Genetrix als Weihgeschenke ausstellte; nach ihm M. Agrippa, ein Mann von mehr einfachem als feinerem Geschmack. Jedenfalls ist von ihm eine prächtige und des größten Bürgers würdige Rede erhalten, in der es heißt, man solle alle Gemälde und Bildwerke öffentlich ausstellen, ein Verfahren, das besser gewesen wäre als sie in die Verbannung auf die Landgüter zu schicken. Ja, sogar dieser finstere Mann kaufte von den Kyzikenern zwei Bilder, einen Aias und eine Aphrodite, für 1 200 000 Sesterze; auch hatte er im wärmsten

ante, cum reficerentur, sublatas. super omnes X  
 divus Augustus in foro suo celeberrima in parte 27  
 posuit tabulas duas, quae Belli faciem pictam  
 habent et Triumphum, item Castores ac Victori-  
 am. posuit et quas dicemus sub artificum men-  
 tione in templo Caesaris patris. idem in curia  
 quoque, quam in Comitio consecrabit, duas  
 tabulas inpressit parieti: Nemean sedentem  
 supra leonem, palmigeram ipsam, adstante cum  
 baculo sene, cuius supra caput tabella bigae  
 dependet, Nicias scripsit se inussisse; tali enim  
 usus est verbo. alterius tabulae admiratio est 28  
 puberem filium seni patri similem esse aetatis  
 salva differentia; supervolante aquila draconem  
 complexa. Philochares hoc suum opus esse testa-  
 tus est, immensa, vel unam si tantum hanc tabu-  
 lam aliquis aestimet, potentia artis, cum propter  
 Philocharen ignobilissimos alioqui Glaucionem  
 filiumque eius Aristippum senatus populi  
 Romani tot saeculis spectet. posuit et Tiberius  
 Caesar, minime comis imperator, in templo ipsi-  
 us Augusti, quas mox indicabimus. hactenus  
 dictum sit de dignitate artis morientis.

Quibus coloribus singulis primi pinxissent XI  
 diximus, cum de his pigmentis traderemus in 29

Teil seiner Bäder kleine Gemälde in den Marmor einsetzen lassen, die jedoch vor kurzem bei der Ausbesserung entfernt worden sind. Alle anderen übertraf der Divus Augustus, indem er auf seinem Forum an der belebtesten Stelle zwei Gemälde ausstellte, die den Krieg und den Triumph bildlich zeigten, ebenso die Castores und eine Victoria. Er stellte auch Gemälde aus, über die wir bei der Erwähnung der Künstler im Tempel seines Vaters Caesar sprechen wollen. Auch im Rathaus, das er auf dem Versammlungsplatze des Volkes stiftete, ließ er zwei Gemälde in die Wand einsetzen: eine auf einem Löwen sitzende Nemea, einen Palmzweig haltend, neben ihr stehend einen alten Mann mit einem Stab und über dessen Kopf ein Täfelchen mit dem Bild eines Zweigespannes hängend: Nikias schrieb, daß er es »eingebraunt habe«; diesen Ausdruck nämlich hat er verwendet. Am anderen Gemälde verdient Bewunderung, daß der erwachsene Sohn seinem greisen Vater trotz des Altersunterschiedes ähnlich sieht; über ihn fliegt ein Adler, der eine Schlange umfaßt hält. Philochares hat bezeugt, daß dieses sein Werk sei, woraus sich, wenn man auch nur dieses einzige Gemälde in Betracht ziehen will, die außerordentliche Bedeutung seiner Kunst ergibt, da wegen Philochares der Senat des römischen Volkes seit so vielen Jahrhunderten sonst gänzlich unbekannte Personen, wie den Glaukion und seinen Sohn Aristippos, vor Augen hat. Auch Kaiser Tiberius, der am wenigsten umgängliche Herrscher, hat im Tempel des Augustus selbst Gemälde ausgestellt, von denen wir später [§131] sprechen wollen. Soviel sei vom Range einer sterbenden Kunst gesagt.

Mit welchen einzelnen Farben man zuerst malte, haben wir gesagt, als wir bei den Metallen von den Pig-

metallis, quae monochromata a genere picturae vocantur. qui deinde et quae invenerint et quibus temporibus, dicemus in mentione artificum, quoniam indicare naturas colorum prior causa operis instituti est. tandem se ars ipsa distinxit et invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante. postea deinde adiectus est splendor, alius hic quam lumen. quod inter haec et umbras esset, appellarunt tonon, commissuras vero colorem et transitus harmogen.

Sunt autem colores austeri aut floridi. utrumque natura aut mixtura evenit. floridi sunt – quos dominus pingenti praestat – minium, Armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicum, purpurissum. ceteri austeri. ex omnibus alii nascuntur, alii fiunt. nascuntur Sinopis, rubrica, Paraetonium, Melinum, Eretria, auripigmentum; ceteri finguntur, primumque quos in metallis diximus, praeterea e vilioribus ochra, cerussa usta, sandaraca, sandyx, Syricum, atramentum.

XII

30

Sinopis inventa primum in Ponto est; inde nomen a Sinope urbe. nascitur et in Aegypto, Baliaribus, Africa, sed optima in Lemno et in Cappadocia, effossa e speluncis. pars, quae saxis

XIII

31



menten sprachen [33, 117], die man nach der Art der Malerei die einfarbigen (*monochrómata*) nennt. Über spätere Erfindungen, ihre Urheber und deren Zeitstellung werden wir bei der Erwähnung der Künstler sprechen, weil es die vorrangige Aufgabe des unternommenen Werkes ist, die Eigenschaften der Farben anzugeben. Später hat die Kunst sich selbst weiter differenziert und erfand das Licht und den Schatten, wobei die verschiedenen Farben sich wechselseitig zur Geltung bringen. Danach fügte man dann den Glanz hinzu, der etwas anderes ist als das Licht. Was zwischen diesen und den Schatten liegt, nannte man *tónos*, die Mischungen der Farben aber und ihre Übergänge *harmogé*.

Es gibt aber düstere und lebhaftere Farben. Beides ist abhängig von ihrem Wesen oder ihrer Mischung. Lebhaftere sind – der Auftraggeber muß sie dem Maler zur Verfügung stellen – der Zinnober, das Armenischblau, das Drachenblut, das Berggrün, der Indigo und das Purpurrot. Die übrigen sind düstere Farben. Von allen bilden sich die einen in der Natur, die anderen werden künstlich hergestellt. Natürliche Farben sind die Sinope-Erde, der Rötel, das Paraetioniumweiß, die Melos-Erde, die Eretria-Erde, das Auripigment; die übrigen werden künstlich hergestellt, vor allem die, welche wir bei den Metallen besprochen haben [33, 111. 158ff.], außerdem von den geringeren noch der Ocker, das gebrannte Bleiweiß, der Sandarach, der Scharlach, das Syrischrot und das Schwarz.

Die Sinope-Erde ist zuerst am Pontos gefunden worden; sie hat ihren Namen von der dortigen Stadt Sinope. Sie kommt aber auch in Ägypten, auf den Balearen und in Afrika vor, die beste aber auf Lemnos und in Kappadokien, wo sie aus Höhlen gegraben wird. Der Teil, der

adhaesit, excellit. glaebis suus colos, extra maculosus. hac usi sunt veteres ad splendorem. species Sinopidis tres: rubra et minus rubens atque inter has media. pretium optimae X II, usus ad penicillum aut si lignum colorare libeat. eius, quae ex Africa venit, octoni asses, cicerculum appellant; magis ceteris rubet, utilior abacis. idem pretium et eius, quae pressior vocatur, et est maxime fusca. usus ad bases abacorum, in medicina vero blandus... emplastrisque et malagmatis, sive sicca compositione sive liquida facilis, contra ulcera in umore sita, velut oris, sedis. alvum sistit infusa, feminarum profluvia pota denarii pondere. eadem adusta siccatur scabritias oculorum, e vino maxime.

32

Rubricae genus in ea voluere intellegi quidam secundae auctoritatis; palmam enim Lemniae dabant. minio proxima haec est, multum antiquis celebrata cum insula, in qua nascitur; nec nisi signata venumdabatur, unde et sphragidem appellavere. hac minium sublinunt adulterantque. in medicina praeclara res habetur. epiphoras enim oculorum mitigat ac dolores circumlita et aegilopia manare prohibet; sanguinem reicientibus ex aceto datur bibenda. bibitur et con-

XIV

33

34

an den Steinen hing, ist vorzüglich. Die Klumpen haben ihre eigene, außen fleckige Farbe. Die Alten verwendeten sie zur Erzielung des Glanzes. Es gibt drei Arten von Sinope-Erde: eine rote, eine weniger rote und eine mitten zwischen beiden liegende. Der Preis der besten beträgt zwei Denare <für das Pfund>: man verwendet sie für die Malerei, oder wenn man Holz färben möchte. Die aus Afrika kommende kostet acht *asses* und heißt Kicherrot; sie ergibt ein stärkeres Rot als die anderen und ist besser geeignet für die Wandfelder. Gleichviel kostet die, welche die dunklere genannt wird und am meisten nach Braun hin spielt. Man verwendet sie an den Sockeln der Zimmerwände; in der Heilkunde ist sie aber wohltuend... und für Pflaster und erweichende Umschläge, leicht <mischbar> sowohl in trockener als auch in flüssiger Zubereitung, gegen Geschwüre an feuchten Stellen, wie am Munde und am Gesäß. Als Einlauf hemmt sie den Durchfall und, in der Dosis eines Denars getrunken, die Menstruation. Gebrannt trocknet sie, vor allem mit Wein, rauhe Stellen an den Augen.

Einige wollten in der Sinope-Erde eine Art Rötöl zweiten Ranges sehen; für die beste nämlich hielten sie die Lemnos-Erde. Diese steht dem Zinnober sehr nahe und wurde von den Alten zusammen mit der Insel, auf der sie vorkommt, sehr gelobt; sie wurde nur mit einem Siegel versehen verkauft, weshalb man sie auch *sphragis* (Siegel) genannt hat. Mit ihr grundiert man den Zinnober und verfälscht ihn damit. In der Medizin wird sie als etwas Vortreffliches angesehen. Sie lindert, wenn man sie ringsum aufträgt, den Tränenfluß und die Schmerzen der Augen und verhindert das Fließen der Tränenfisteln; beim Bluthusten wird sie mit Essig zu trinken gegeben. Man trinkt sie auch gegen Erkrankungen an der Milz

tra lienum reniumque vitia et purgationes feminarum, item et contra venena et serpentium ictus terrestrium marinorumque; omnibus ideo antidotis familiaris. e reliquis rubricae generibus fabris utilissima Aegyptia et Africana, quoniam maxime sorbentur tectoriis. picturis autem nascitur et in ferrariis metallis. ex ea fit ochra exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis. quo magis arsit in caminis, hoc melior. omnis autem rubrica siccatur ideoque emplastris convenit, igni etiam sacro.

XV

35

XVI

Sinopidis Ponticae selibrae silis lucidi libris X et Melini Graecensis II mixtis tritisque una per dies duodecim leucophorum fit. hoc est glutinum auri, cum inducitur ligno.

XVII

36

Paraetonium loci nomen habet ex Aegypto. spumam maris esse dicunt solidatam cum limo, et ideo conchae minutae inveniuntur in eo. fit et in Creta insula atque Cyrenis. adulteratur Romae creta Cimolia decocta conspissataque. pretium optimo in pondo VI X L. e candidis coloribus pinguissimum et tectoriis tenacissimum propter levorem.

XVIII

Melinum candidum et ipsum est, optimum in Melo insula; in Samo quoque nascitur. eo non utuntur pictores propter nimiam pinguitudinem; accubantes effodiunt ibi inter saxa venam scrutantes. in medicina eundem usum habet quem Eretria creta; praeterea linguam tactu sic-

XIX

37

und an den Nieren und gegen zu starke Menstruation, ebenso auch gegen Gifte und Bisse durch Land- und Seeschlangen; daher verwendet man sie gewöhnlich in allen Gegengiften. Von den übrigen Arten des Rötels sind für die Bauarbeiter der ägyptische und afrikanische am brauchbarsten, weil sie am besten vom Bewurf aufgenommen werden. Für die Malerei aber entsteht ein Rötel auch in den Eisengruben. Man stellt daraus den Rotocker her, durch Brennen des Rötels in neuen, rundum mit Lehm bestrichenen Töpfen. Je mehr er im Ofen gebrannt hat, desto besser ist er. Jeder Rötel aber hat eine trocknende Eigenschaft und ist daher gut für Pflaster, auch bei Wundrose.

Ein halbes Pfund pontische Sinope-Erde, zehn Pfund helles Berggelb und zwei Pfund griechische Melos-Erde, gemischt und zwölf Tage miteinander gerieben, ergeben das *leukophóron* (Poliment). Es ist das Bindemittel für Gold, wenn es auf Holz aufgetragen wird.

Das Paraetoniumweiß ist nach einem Ort in Ägypten benannt. Man hält es für einen mit Schlamm festgewordenen Meerscham, und darum finden sich darin auch winzige Muscheln. Es wird auch auf der Insel Kreta und zu Kyrene gewonnen. In Rom wird es mit abgekochter und eingedickter kimolischer Erde verfälscht. Der Preis für die beste Sorte beträgt 50 Denare für 6 Pfund. Von den weißen Farben ist sie die fetteste und wegen ihrer Glätte am haltbarsten für Wandanstriche.

Das *Melinum* (Melos-Weiß) ist ebenfalls ein Weißpigment und am besten von der Insel Melos; auch auf Samos wird es gefunden. Die Maler aber verwenden es nicht, weil es allzu fett ist; man gräbt es dort im Liegen aus, indem man die Ader zwischen den Felsen verfolgt. In der Heilkunde verwendet man es wie die eretrische Kreide;

cat, pilos detrahit smectica vi. pretium in libras sestertii singuli.

Tertius e candidis colos est cerussa, cuius rationem in plumbi metallis diximus. fuit et terra per se in Theodoti fundo inventa Zmyrnae, qua veteres ad navium picturas utebantur. nunc omnis ex plumbo et aceto fit, ut diximus. usta XX  
 casu reperta est in incendio Piraei cerussa in 38  
 urceis cremata. hac primum usus est Nicias supra dictus. optima nunc Asiatica habetur, quae et purpurea appellatur. pretium eius in libras XVI. fit et Romae cremato sile marmoroso et restincto aceto. sine usta non fiunt umbrae.

Eretria terrae suae habet nomen. hac Nicomachus et Parrhasius usi. refrigerat, emollit, explet volnera; si coquatur, ad siccanda praecipitur; utilis et capitis doloribus et ad deprehendenda pura; subesse enim ea intellegunt, si ex aqua inlita continuo arescat. XXI

Sandaracam et ochram Iuba tradidit in insula Rubri maris Topazo nasci, sed inde non perveniuntur ad nos. sandaraca quomodo fieret diximus. fit et adulterina ex cerussa in fornace cocta. color esse debet flammeus. pretium in libras asses quini. haec si torreatur aequa parte rubrica XXII  
39  
XXIII

außerdem wirkt es bei der Berührung mit der Zunge trocknend und entfernt mit reinigender Kraft die Haare. Sein Preis beträgt einen Sesterz für das Pfund.

Das dritte der Weißpigmente ist das Bleiweiß, dessen Beschaffenheit wir bei den Bleierzen besprochen haben [34, 175]. Es wurde auch allein als Erde zu Smyrna auf dem Grundstück des Theodotos gefunden, und die Alten verwendeten es zum Bemalen der Schiffe. Jetzt wird alles aus Blei und Essig gewonnen, wie wir gesagt haben. Gebranntes Bleiweiß wurde zufällig bei einem Brand im Peiraieus entdeckt, als es in Krügen verbrannte. Zuerst verwendete es der oben genannte (§ 27) Nikias. Für das beste hält man jetzt das asiatische, das auch das purpurne genannt wird. Sein Preis beträgt sechs Denare für das Pfund. Man gewinnt es zu Rom auch aus marmorartigem Berggelb durch Brennen und Löschen mit Essig. Ohne gebranntes Bleiweiß kann man keine Schatten erzielen.

Die Eretria-Erde führt ihren Namen nach dem Fundort. Nikomachos und Parrhasios haben sie verwendet. Sie kühlt, erweicht und bringt Wunden zur Heilung; wenn sie erhitzt wird, schreibt man sie als trocknendes Mittel vor; sie ist vor allem auch brauchbar gegen Kopfschmerzen und zum Erkennen von Eiterherden; denn man merkt deren Vorhandensein, wenn sie, mit Wasser aufgestrichen, gleich trocknet.

Sandarach und Ocker kommen nach Iuba auf Topazos vor, einer Insel im Roten Meer, gelangen aber von dort aus nicht zu uns. Wie man Sandarach gewinnt, haben wir bereits gesagt [34, 177]. Eine gefälschte <Sorte> macht man auch aus Bleiweiß, das in einem Ofen erhitzt wird. Ihre Farbe muß feuerrot sein. Ihr Preis beträgt fünf *asses* für das Pfund. Röstet man Sandarach mit gleichen Teilen

admixta, sandycem facit, quamquam animad- 40  
 verto Vergilium existimasse herbam id esse illo  
 versu:

Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.  
 pretium in libras dimidium eius quod sandara-  
 cae. nec sunt alii colores maioris ponderis.

Inter facticios est et Syricum, quo minium 22IV  
 sublini diximus. fit autem Sinopide et sandyce 41  
 mixtis.

Atramentum quoque inter facticios erit, 22V  
 quamquam est et terra geminae originis. aut  
 enim salsuginis modo emanat, aut terra ipsa sul-  
 purei coloris ad hoc probatur. inventi sunt pic-  
 tores, qui carbones infestatis sepulchris effode-  
 rent. inportuna haec omnia ac novicia. fit enim e  
 fuligine pluribus modis, resina vel pice exustis,  
 propter quod etiam officinas aedificavere  
 fumum eum non emittentes. laudatissimum  
 eodem modo fit e taedis. adulteratur fornacium  
 balinearumque fuligine, quo ad volumina scri-  
 benda utuntur. sunt, qui et vini faecem siccata 42  
 excoquant adfirmantque, si ex bono vino facta  
 fuerit, Indici speciem id atramentum praebere.  
 Polygnotus et Micon, celeberrimi pictores,  
 Athenis e vinaceis fecere, tryginon appellantes.  
 Apelles conmentus est ex ebore combusto facere,  
 quod elephantinum vocatur. adportatur et Indi- 43  
 cum ex India; inexploratae adhuc inventionis